

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales,
historici, physici, mathematici, denique ad politioem litteraturam
pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam
transscripti summo labore, cura, ac fide

Plutarchus

Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXII

In lib. de liberis educandis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-289](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-289)

IN PLUTARCHI MORALIA, ANNOTATIONES interpretis.

IN LIB. DE LIBERIS EDVCANDIS.



VNC libellum contulicūm Francisci Fabricij vi-
ri doctissimi atq; diligentissimi optima editione.
quanto cum fructu, vel annotationes ostendent.

Obseruet Lector, priore numero paginam, alte-
ro versum notari.

2. 7. Regunculos.] Pro βασιλίδας βασιλίδια legi, ratio-
nē Grammaticam Fabriciana editione cōprobante. Et quidem
apud Plutarchū in initio Ageſilai, vbi eadē historia Doricē refer-
tur, βασιλίδια legitur. Ego regunculos quā regulos malui
vertere, quia reguli vox aliud quā regē pumilionē significat.
Ibid. 35. Sanē beatus.] εὐδαίμων μὲ οὐδ' ἔτι θεοφιλὴς legit
Fabricius: sed nostra lectio nihil videtur deterior, quæ etiam
est in scripto codice Episcopiano nostro, & eodem recidit.

3. 8. Labore magno.] Fabricius legit τὸν, fidem codicis
manuscripti secutus, quā & noster codex scriptus compro-
bat lectionem, ad sensum nihil admodum interest: nisi quis me-
cum cogitet, τὸν ratione sui etymī non admodum facere ad
curuandum.

Ibid. 31. Cūm mores ipsi.] Fabricianus codex hec, vt &
alibi, castigatior. Ego tamen legi, legendumq; autumo: καὶ γὰρ τὸ
ἡθὺς, ἐθὺς ἢ τὸ πολὺ χεῖρον. quod monui propter eos, qui no-
stra cum Græcis comparabunt.

5. 3. Instituenda bonis.] Sic ab initio verti. Sed sciolus
propuericia (quod Horatius etiam vsurpauit,) puericia posue-
rat, versu corrupto. Versus hic in Phocylideis hodie non exstat,
vt & alius in libello de ratione audiendī adductus, aliq; alias.
Est autem vitiatus, & fortasse sic recte legitur:

Παιδ' ἔτ' ἐόντα χεῖρον δὴ καλὰ διδασκόμενα ἔργα.

5. 27. Pedamenta] Sic verti τὰς χάρακας, non enim τὰς, sed τὰς legendum est. Quippe Eustatbius in primum Vlyssæ librum docet feminino genere vsurpandā vocem, cum pedamentum, id est palum significat, quo in solum defixo vitis nititur. & Iliad. Σ. citat prouerbialem versum,

Ἐξ ἡπάτηκεν ἡ χάραξ τὴν ἀμπελον.

Idemq; est apud Pollucem disertè præceptum. 1. 10. Fabricius quoq; τὰς legit in vetusto libro.

7. 37. Gorgia, nisi fallor.] Extat locus apud Platonem in Gorgia, sed querit Polus. Stilponis dictū Simplicius, aut certè simile eius, refert in Categoriis, ad opposita priuatiuè. ὁπισάμαν ἕδεις φέρει.

9. 31. Medium tenere.] Hæc olim sic annotaueram. Si à voce μέσσω incipias, omnino esse videtur versus senarius. & metrum habet fortè trochaici pars octonarij. Hoc, vt putarem, fecit vox ἐμμελέσα, qua videbatur sita μελειώτερον, itaq; legit etiā Fabricius. Sed vbi scriptum codicem (fuit enim ad me aliquāto post quā hęc scripsissem missus) eum ergo vbi consului, ἐμμελέσε in eo exaratum vidi, ita quidem perspicuè, vt appareret correctoris manu librarij scripturam in extrema voce correctam: planeq; eam lectionem amplector.

11. 10. Colligere secundum.] Locus videtur Fabricio non iniuria mutilus. In scripto vltima litera correctoris sunt, ac lacunula triū vel quatuor verborū capax. Ego relinquere suum cuiq; diuinādi acumen, quā mea inculcare satius duxi. Locus Platonis qui mox citatur, est in sine septimi de republica.

12. 13. Vt & cū exsultant.] καὶ ψάδαν ποτὲ εὐφρανῶνται, τὰς ὅτι πλήξουσιν ἐν αἰσχρῶν ποιείδου. Sic omnino verba hæc sunt distinguenda. Vbi, inquit, letitia sese efferent, increpationibus incutiendus ijs erit pudor. Fabricius aliam lectionem annotauit, quæ mihi tam bene atque hæc vix videtur cohesura καὶ ψάδαν σφοδρῶς ὅτι πλήξουσιν, ἐν αἰσχρῶν ποιείδου. Est & hæc in nostro scripto. Et legitur ποιηλοῖς superne anno-

annotato λως. Meam sententiam docti, puto, probabunt.

12. 24. Animo elanguescente deficiunt.] οἷς ἀπαυ-
δῶντες ἐκ πένθησι. male erat impressum ἐκ πένθησιν, itaq; sem-
per iudicavi legendum vt correxi, ad stipulante Fabricio ex Co-
dice veteri. ἐκ πένθειν vox est, quæ apud Platonem quoq; exci-
dere instituto, deficere, & elanguescere significat. Et D. Paulus
hoc sensu eam cap. 9. ad Rom. & 1. Cor. 13. vsurpauit, aliq; alias,
noster frequenter.

13. 36. Euripidem.] Stobæus sermon. 19. citat ex Euripidis
Protesilao.

14. 33. Imitari sectariq;] μιμῆσαι καὶ περικυβεῖν. Sanè
quid κυβεῖν sit, non ignoro: quid περὶ faciat sic satis video. quid
autem hec possit significare περικυβεῖν dicit qui nouit. Suf-
fridus vertit imitari atq; discernere. Fabricius noster, circum-
rodere. ego quid horum sit περικυβεῖν, aut quid huc quadret nō
video. suspicor legendum περικυβεῖν, vestigia sectari. In nar-
ratione de Antigono & Theocrito, inest mendum. vide β. συμ-
ποσιακῶν. cap. 1. & Macrobius 7. Saturnal. 3.

16. 30. Magistrorum aliquando institutioni. Lego
hec παρ' ἀγωγῶν ἀνκυσία, sicut emendat Fabricius. legeba-
tur enim παραγωγῆς, quæ tamen ipsa quoq; vt cunq; lectio vi-
detur stare posse, vt παραγωγὴ sit dehortatio à vitio siue de-
ductio, quam tamen adolentes auerferunt. In scripto legitur
παραγωγῶν, & super παρα est ὄρος rubrica annotatum. Vn-
de Fabriciana lectio inuari potest, quam secutus sum.

18. 7. Nuptas prostituant.] legebatur ἀεσθηόρδρα
quod retineri non in cōmode poterat quidā (inquit) adulterū,
scortum pro sua ipsius vxore (scilicet qui huc vsq; gratificatus
vellet videri, vt ei etiam suæ vxoris copiam faceret) deducit.
Sed Fabricius & noster scriptus habent ἀεσθηόρδρα: quod
amplexus sum. talis fuit abbas, qui suam vxorem Mæcena-
ti prostituit, vt noster in Erotico ostendit. in fine libri Eurydices
Epigrammate εἰσοῖσιν legit Fabricius: Ego cum scripto εἰσοῖσιν,
qui

qui à voce μύσους versum inchoat, vt sententia sit, desiderium suum Musis fuisse bene cognitum.

IN LIBELLVM DE AVDIENDIS

Poetis.

QVia nuper hunc libellum & conuertimus in sermonem Latinum, & quæ visum fuit, annotauimus: ad eam editio- nem in præsentia Lectorem remitto. inueniet & locorum quorundam explicationem, & citatorum à Poeta indicationem, & emendationis nostræ rationem redditam.

20. 6. M. Sedate.] Luscinius, qui olim hunc libellum in Latinam traduxit linguam, Sedape habet. vt videatur Σήδα πω legisse. Verum ego Aldino codice vsum eum, neq; instructum magis quàm me puto fuisse manu exaratis codicibus sed profecto in manuscripto nostro Σήδα πω luculenter legitur.

Ibid. 12. Serio dicta.] pro ἄϊε δει quod in meis annotationibus ostenderam mihi dissilicere, λέγει δὲ scriptus liber perspicuè habet: idq; sequor.

Ibid. 33. Subiit in præsentia.] Hunc locum pridem non iniuria mutilum esse suspicatus fueram. Sic autem legendum est πρῶτον ἐπὶ ἡλθε, νῦν αἴετος σε γέγραμμένα πέμψαι δειροθήλω. καὶ λαβὼν ταῦτα δειλεθε, καὶ ἔ. c. integratio hæc codici scripto nostro debetur. idem πῶτος rectè habet.

21. 35. Atq; admisceamus.] καλαμίζόμεν semper duxi legendum esse, non καλαμύλωμεν, in quod hæc vox incuria librariorum erat deslexa. Codex scriptus veram retinuit lectionem.

23. 1. Lynce versipellior.] Ad marginem reperi notatum pro λυγρός legi σφιγγός, quod sanè est planius.

25. 36. Eteam imitari pulcrè.] Legendum est ex fide scripti & sententia dictante. ὃ γὰρ ὄτι ταῦτό καλόν τι, καὶ μιμηθεῖσθαι καλῶς.

34. 31. Succensebat enim.] Ζεὺς γὰρ οἱ νεμέσσει. ita versus requirit ratio Aristotelis etiam (quod in prioribus annotationibus memoria mihi non suggererat) hunc versum citat lib.

r betor.